

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas Viro ... Dn. Johanni Moringio I.U.D. marito carissimo
vidua moestissima hodie paratas cupit. Omnes omnium ordinum Cives
Academicos ... invitat ac hortatur**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770661041>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,

in

J. Moring.

Rostock, 1638.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770661041/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770661041/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770661041/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770661041/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA

Quo
Rector Universitatis Rosto-
chiensis

100.

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J.U.D. & P.


AD EXEQUIAS

quas

Viro Clarissimo & Consultissimo

Dn. JOHANNI
MORINGIO J.V.D. marito
carissimo vidua moestissima hodie
paratas cupit.

Omnes omnium ordinum Cives Academicos hora
media prima in templo Mariano studiose
achreasur.



ROSTOCHII,

LITERI NICO LA KILI, Acad. Typograph.

ANNO M D G XXIV

Pud Philosophum Romanum exstat Hominis descrip-
tio, an Humanæ naturæ, cuius veri-
tatem age videamus, numquid cum
ipsa re conveniat. Dicit ergo, Ho-
mo est quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile:
jactatu, non tempestate magna, ut dissipetur, est o-
pus. Ubicunq; arietaveris, solveris. Habet corpus
imbecillum, fragile, nudum, suapte natura interme-
alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contume-
liam projectum: Cum bene lacertos exercuit, cujuslibet
feræ pabulum, cuiuslibet victimæ, ex infirmis
fluidisq; contentum, & lineamentis exterioribus nitidum.
frigoris, æstus, laboris impatiens: ipso rorsus
otio, & situ iturum in tabem, alimenta metuens sua,
quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur.
Anxiæ sollicitæq; tutelæ, precarii spiritus &
malè hærentis, soli semper sibi nutrimentum vitio-
sum, & inutile. Miramur in hoc mortem unius, qua
singulis, opus est. Nunquid enim, ut concidat, res
magni molimenti sit, odor illi saporq; & lassitudo,
& vigilia, & humor, & cibas, sine quibus vivere non
potest, mortifera sunt. Quocumque se movet, infir-
mitatis suæ statim consciū, non omne cœlum fe-
rens, aquarum novitatibus, flatuq; non familiaris
auræ, & tenuissimis causis, atq; occasionibus, morbi-
dum,

984

dum, putre, cassum, à fletu vitam auspicatum: Cum
interim quantos tumultus hoc tam contemptum ani-
mal movet? in quantas cogitationes oblitum condi-
tionis suæ venit? Immortalia, æterna volutat animo,
& in nepotes, pronepotesq; disponit: Cum interim
longa conantem eum mors opprimit, & hoc, quod se-
nectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum. Hæc
ille: de quo quid videtur? Nunquid graphicum di-
cemus pictorem, qui suis coloribus hominem expres-
sit. An non enim à fletu vitam auspicatur, ut Hera-
cliti discipulum facile agnoscas, cui sua fragilitas jam
sit cognita; qui subeunda pericula metuat, qui futu-
rus ad calamitates horreat, qui mortem deniq; in
ipso limine salutet, eam quotidie vivendo sibi vici-
niorem faciat, ac tandem se occupandum ei tradat.
At gaudia sæpe interveniunt, quæ omnem tristitiam
expectarent, quæ animum hilaritudine expleant, vi-
tam desiderabilem ac jucundam reddant: qualia fere
sunt, quæ ex puerilibus, parium cum paribus, collusi-
unculis, ex adolescentium studijs vanis, vagis, petu-
lantiæ, lasciviæ, stultitiae plenis, ex cupiditatibus vi-
rorum ad ambitionem, vel avaritiam directis: Vo-
luptates quoq; non raro uxorias ita sectantur, ut
quasi nepenthes aliquod biberint, omnem subito
obliviscantur vitae suæ fragilitatem, ac circumstan-
tiæ periculorum præsentiam: Non etiam nulla sunt
senum gaudia, tam in quorundam animis efficacia,
ut nunquam se adeo senes esse putent, quin unum
etiam annum se victuros esse sperent. Et sane, sum-
mum ex vita gaudium suscepere necesse est, cuius
turpissimum votum fuit, quo & debilitatem non re-
cusar.

885
cusat, & deformitatem, & novissimè acutam crucem;
dummodo, inter hæc mala spes prorogetur.

Debilem, inquit, Facio manu, Debilem pede, coxa,
Tuber adstrue gibberum, Lubricos quate dentes,
Vita dum supereft, bene est, Hanc mihi vel acuta
Si sedeam cruce, sustine.

Vult miser, & adfuspirat vivere, etiam inter tormenta,
& in ista maxime cruciante cruce. O ingrata, va-
na, acerba gaudia! Imo non gaudia, sed ægerrimæ
ægritudines, & cum perpetuo cruciatu conjunctæ
voluptates. Puerorum lusus damnant juvenes, ju-
venum viri, virorum fenes, senum qui? mors ipsa cre-
do medium iis digitum ostendit, qui cum sibi ipsi tæ-
dio, aliis odio, etiam contemptu sint, tamen vivers
desiderant. Sed videamus in exemplo, quod hodier-
na dies nobis offert, viri Ampliss. & Clariss. Dn. JO-
HANNIS MORINGII, J. U. D. Consultissimi.
An vita nostra, suis etiam bonis instructa, non ha-
beat, quod cum Democrito rideat, cum Heraclito
sleat, idq; verbis præscriptis, quæ hæc sunt.

Vitam referre defunctis viro, dum viveret, Amplissimo
& Consultissimo Dn. HARTMANNO MORINGIO, Re-
verendissimi, & Illusterrimi PHILIPPPI SIGISMUNDI,
Osnabrugensem, & Verdensem Episcopi, Consiliario
Spectatissimo. Matri GERTRUDI von Syden/ex vetusta
HERDORUM ac patritia familia prognata. Hi progenito-
res cum filium hunc suum, anno supra millesimum, quingen-
tesimum sexagesimo septimo ex se natum ab infantia fideli-
ter institui curassent, & doctis informandum Magistris com-
mississent, tandem non infelicititer eruditus, in Academiam Ju-
lianam concessit, studioq; Juris, uti & in Academias Witteber-
genst, Coloniensi, Rostochiensi sedulam operam navavit. Hae
nostra

886

nōstra Academia relictā, ut superioris Germania praecipuas
Academias perlustraverat, Basileam se contulit, ubi anno
Christi 1600. una cum duobus fratribus suis, ex quibus nemo
superest, gradum Doctoris assumpsit. Tandem Rostochium re-
vist, & in uxorem duxit matronam verè piam, honestam, &
omnium virtutum ornamenti conspicuam CATHARI-
NAM CLINGIAM Viri spectatissimi Dn. JACOBI
CLINGII civitatis Fribergensis ad Rhenum patritij hono-
ratisimi filiam. Hęc postquam primo elocata viro doctrina
& rerum politicarum usū Ornatisimo, Dn. BERNHARDO
LUSCOVIO, patricio Rostochiensi, & Protonotario hujus
Urbis fidelissimo, cum quo biennium in conjugio tranquillo,
sed infēcundo transegit. Deinde Viro, tam majorum imaginē-
bus, & insignibus, quam sua doctrina, eloquentia, & virtute
nobilit, Dn. CHRISTOPHORO STURZIO, Juriscon-
sulto celebri, historiarum in hac Academia nōstra Professori,
Serenissimorum, & Potentissimorum herorum FRIDERICI
II. Dania, & SIGISMUNDI III. Poloniae Regis Consiliario
fidelissimo, cum quo viginti duos annos conjugij onera susti-
nuit. Tertio deniq; nupsit huic nōstro defuncto, duravitq; hor-
rum conversatio tranquilla & pacifica, per annos viginti se-
p̄em. Quo tanto tempore ita se gesit defunctus non modo
erga uxorem dilectissimam, sed etiam erga liberos privignos,
ut vere paternum affectum omnes sint experti. Hac prima
ipsius Coniux CATHARINA CLINGIA obiit anno
1630. die 10. Augusti. Anno 1631. post Dominicam Misericor-
dias Domini, lectissimam ac honestissimam virginem MAR-
GARETAM von Eißen i Prudentissimi olim Senatoris
Malchinensium filiam, matrimonio sibi junxit. Conjugium
similiter tranquillum, & fæcundum expertus est: Pater enim
factus duaram filiarum i quarum altera in ipso partu exstir-
ita, altera septendecim diebus ante obitum patris in hanc lu-

B77
cem edita: Duorum item filiorum, JOHANNIS, qui anno proximè præterito die 22. Januarij extinctus est, & HARTMANNI, abhuc De i gratia superstitis. Cum atatis esset vegeta, opera sua studiosam juventutem sedulo adjuvit, apertis sepe uno tempore tribus quatuorvè collegiis. Dona etiam ipsius in variis Legationibus ad Reges & Principes, civitatum amplissimarum nomine peractis, eniuerant. Nihilominus toto vi-
ta & curriculo alis advocando operam suam locavit. Donec tandem die 26. Februarij in vehementem febrem incideret, cum qua ultra octiduum colluctatus fuit. Cum ergo virium debilitatem sentiret die 4. Martij paulo vita æterna se refecit, corpore scilicet sanguine Christi. Die 7. Marty demum in confessione & fide constanter permanens huic mundo extremum valedixit, Anno atatis septuagesimo primo. Hac vita est, hic obitus. Amplissimi, Clarissimi, & Consultissimi viri Dn. JOHANNIS MORINGI, J.U.D. causarum forensium practici celeberrimi, & nonnullarum civitatum in Megapoli Syndici. Hanc ergo seriem si perpendamus, neq; dolendi, neque gaudendi causis, eam caruisse deprehendemus: Ultræ vero ponderosiores fuerint, haud facile dixerit, nisi qui experiundo didicit. Gaudio sane dignum est, nasci ex honestis parentibus, educari liberaliter, literis & artibus ingenuis erudiri, honores adipisci, conjugio frui primum tranquillo, satis diuturno, minimè rixoso: Deinde altero fœcundo, opes acquirere, possidere, & posteris relinquere. Quo autem dolore dignum est, (ut priora transmittantur) parentes, & fratres, qui in carissimis habentur, amittere, quibus lachrymis uxor, cū qua suavissime vita transacta sit, sepelitur? quo mœrore, altera nō minus cava, imo etiam fœcunda relinquitur? Quo liberi admodū tenelli, & patrem nec dum noscitantes, deseruntur?

Quæ

Quæ ut ut se habeant, & vita nostra sit, qualem antea
descriptam vidimus; Tamen plausu dignus est, & gra-
tulationem postulat, quod ex mari tempestuoso, ex
vita turbulentâ, periculosa, calamitosa morbis, &
morbi, imo etiam pravis hominibus obnoxia, libera-
tus, in portum, in vitam tranquillam, periculis vacuā,
calamitarum expertem, semper valentem, & vigenē,
in beato electorum hominum, & angelorum consor-
tio florēt ac æternantem, traducitur. Cæterum
relicta vidua cum liberis tenellis, haud dubie graviter
turbata hoc mariticarissimi obitu, causam dolendi
haud levem sibi relictam videt. Orbata nimisrum est
viro, quem cum ipsa amaret, mutum ejus amorem,
cumq; flagrantem, & constantem experra est; nunc,
quia sibi luctuoso planè discidio exceptum videt, quid
sibi præter luctum & lachrymas, & quæ viduitatem
comitari solent, incommoda, relictum putet? Orbata
est rei domesticæ autore, suo & liberorum tutore ac
patrono, suo in educandis liberis ac defendendis fi-
dissimo socio ac præsidio. Oneris domestici pars,
quam vir curabat sibi quoque impositam, et si patienter
ac fideliter sustinet, non tamen sine gemitu ac do-
lore sustineri potest. Quoties liberos tenellos aspi-
cit, toties mariti carissimi, in iis memoriam, haud scio
an sine gemitu ac lachrymis refricabit. Sed illam
Deus Opt: Max: efficaci consolationis Spiritu eri-
get afflictam, nebulas mœroris alloquij divini radiis
dispellet: serenitatem reducet, atq; è luctu tenebro-
so in lucidam hilaritatem reponet. Nos quoq; Ci-
ves Academicí, non nihil ad hanc rem momenti af-
feremus. Cum enim defunctus noster pia & placi-
da morte, felicem hujus vitæ, cum altera beata, &

æterna

B83

æterna p̄ermutationem sit consecutus; & corporis
exuie, terre omnium matri hodiè hora media prima
in templo D. Mariæ sint reddendæ, majorem in mo-
dum rogamus Dominos Professores, Doctores, Eccle-
siæ Ministros, Magistros, Studiosam vero juventutem
sedulo hortamur, ut tam ipsius defuncti, qui nostri or-
dinis dum vixit, ornamentum fuit singulare, tam reli-
ctæ viduæ & propinquorum causa, funeris deductio-
ni frequentes, haud gravatè, interesse velint: quin
etiam seipso, Ecclesiam, Academiam, hi Civita-
tem Deo pijs precibus in hac periculorum vicinia
commendent. P. P. Rostochij die XII. Martij
mense 1638. sub sigillo Rectoratus.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770661041/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770661041/phys_0013)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770661041/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770661041/phys_0015)

DFG



nostra Academia relicta, ut superioris Germaniae Academias perlustraverat, Basileam se co-
Christi 1600. una cum duobus fratribus suis
superest, gradum Doctoris assumpsit. Tandem
visit, & in uxorem duxit matronam verè pia
omnium virtutum ornamenti conspicuam
NAM CLINGI AM Viri spectatissimi
CLINGII civitatis Fribergensis ad Rhenus
ratisimi filiam. Hac postquam primo elocata
& rerum politicarum usu Ornatisimo, Dn. B
LUSCOVIO, patricio Rostochiensi, & Pre-
Urbis fidelissimo, cum quo biennium in con-
sed infsecundo transegit. Deinde Viro, tam ma-
bus, & insignibus, quam sua doctrina, eloqua
nobilit, Dn. CHRISTOPHORO STUR
sulto celebri, historiarum in hac Academia no-
Serenissimorum, & Potentissimorum heroun-
II. Dania, & SIGISMUNDI III. Poloniae
fidelissimo, cum quo virginis duos annos conju-
nuit. Tertio deniq; nupsit huic nostro defuncto
rum conversatio tranquilla & pacifica, per a-
pem. Quo tanto tempore ita se geſit defu-
erga uxorem dilectissimam, sed etiam erga li-
ut vere paternum affectum omnes sint exper-
ipsius Conſux CATHARINA CLING
1630. die 10. Auguſti. Anno 1631. post Domini
dias Domini, lectissimam ac honestissimam v-
GARETAM von Eißen / Prudentissimi
Malchinensium filiam, matrimonio sibi jun-
similiter tranquillum, & fœcundum expertus
factus duarum filiarum: quarum altera in i-
eta, altera septendecim diebus ante obitum pa-

A 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0311